Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Deus deus meus ut quid me dereliquisti; & ibi enim habes deus deus meus ut quid
me dereliquisti. longe a salute mea uerba delictorum meorum; Quomodo
hic habes a facie peccatorum meorum. sic & ibi habes uerba delictorum me
orum; Et sic psuti q: sine peccato. & sine delicto. Incipimus non putare
uerba illa psalmi illius. ee; & ual de durum & contrarium. e ut ille
psalmus non pertineat ad xpm; Ubi habemus tamaptam passionem eius;
tamquam ex euangelio recitatur; Ibi enim habemus diuiserunt sibi
uestimenta mea. & super uestimentum meum. miserunt sortem;
Quid quod ipse dnus in cruce pendens primum uersum psalmi ipsius ore suo
protulit & dixit; Deus deus meus ut quid me dereliquisti; Quid uolunt
intellegi nisi illum psalmum totum ad se pertinere. quia caput ipsius.
ipsi pronuntiauit, Ibi autem sequitur. & dicit uerba delictorum meorum;
Non. e. dubium quia uox xpi. e; Unde ergo peccata. Nisi de corpore
quod. e. ecclesiae; Quia loquitur corpus xpi & caput. quare tam
quam unus loquitur quia erunt in quid duo in carne una; sacramen
tum hoc magnum. e. ait apostolus. ego autem dico in xpo. & in
ecclesia; Unde & iam cum ipse loquerentur in euangelio respondens seis
quique stionem intulerunt de uxore dimittenda; Aut non legistis quod
scriptum. e. quia ds a binitio masculum & feminam fecit eos. & relin
quet homo patrem & matrem. & adhaerebit uxori suae & erunt duo
in carne una; Igitur iam non duo sed una caro. e; Quid mirum
si una caro una lingua; eadem uerba tamquam uni uiscarni capitis.
& corporis. sic audiamus tamquam unum; Sed tamen caput
tamquam caput; & corpus tamquam corpus; Non diuidun
tur personae sed distinguitur dignitas; Quia caput saluat
corpus saluatur caput exhibeat misericordiam; Corpus de
fleat miseriam; caput. e. ad purgandum. Corpus ad confiten
da peccata. una tamen uox ubi non scriptum. e quando dicat
corpus. quando caput. sed nos in audiendo distinguimus. ille
autem tamquam unus loquitur; Quare enim non dicat
peccatorum meorum; quid dixit esuriui & non dedistis mihi
manducare. sitiui & non dedistis mihi potum. hospis fui & non
recepistis me. Infirmus. & in carcere & non uisitastis me;
Certe dnus non fuit in carcere; Quare non hoc dicere & uicum dic
tum. e. & quando te uidimus esurientem & sitientem aut in carcere;